

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII**

**Strabo**

**Basileae, 1539**

Libri primi.

**urn:nbn:de:bsz:31-67095**



# STRABONIS

## GEOGRAPHICORVM EPITOMAE.

LIBRI PRIMI.



ν ο δ Homerus primus sit ausus geographiam tractare. Quòd enim terrarum orbis uniuersus oceano alluatur tanquam insula,

ipse ait, nunc quidem,

*εἰμι γὰρ ὀφιομένη πολυφόρου πείρατα γαίης ὠκεανόν τε.*

Ibo ut telluris almæ confinia spectem,

Oceanum *ἄβ.* Nunc autem de orientali parte terræ,

*ἡλίου μὲν ἐπιτανίου προσέβαλλον ἀρῆρας*

*ἢ ἀκαλαρῆταιο βαθυρῆδόν ὠκεανοῖο.*

Inde recens radijs iam sol percusserat arua,

Oceani lentas alti præfugerat undas. De occidua uero,

*ὅδ' ἐπεὶ ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἡλίουο.*

Incidit oceano lux fulgentissima solis. Et de australi,

*ζέϋς γὰρ ἐπ' ὠκεανόν μετ' ἀμύμονας ἀδιοπῆας,*

*χθίος ἔβη.*

Iuppiter oceanum, & duram cognomine gentem

Æthiopum hesternus petijt. De septentrionali uero,

*οἶον ἀμμορός ἐστὶ λοετρῶν ὠκεανοῖο.*

Oceani sola est undarum atq; æquoris expers. Quo loco oceanum appellat, horizon-  
talem ipsum. Quòd ἀφῶρῶν uocat oceanū, Homerus, id est refluxum, ob un-  
darum scilicet accessus atq; recessus. Cuius generis est & illud,

*τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίστημι ἐπ' ἡμάτι, τρὶς δ' ἀναρῶν δ' εἶ.*  
Terq; die reuomit, ter sorbet deinde refluxus. Id enim si non ter, sed bis tantum ac-  
cidat, fortasse aut scripturæ error est, aut poëticus excessus sermonis. Eiusmodi est  
& illud, *ἢ ἀκαλαρῆταιο*, id est è tranquille fluente. nam recessus undarum lentus est,  
nec uniuersim fit. Quòd cum Homerus scopulos interdum tectos interdum

dicat nudatos, oceani recessus atq; accessus innuit. Quòd affectiones oceani  
circa undarum accessus atq; recessus, consentiunt mare continuum & unum esse,  
quando ubiq; idem sita quæ incrementum & decrementum, aut non admodum  
uariat, tanquam ab eadem causa proficiscatur. Quòd Homerus totius adia-  
centis nobis oræ maritimæ situm describit, appellans Libyam, Thebas, Ægyptū,  
Phœnicen, Cyprum, Sidonem, Solymos, Caras, atq; circumiacentes insulas. Præ-  
terea autem, Phrygiam & Hellepontum & Troas, & Paphlagonas & Aeten &  
Iasonem & Cymmerios, & Thracibus uicinos, Mysas, accolentes Istrum. De-  
inde Ciconas & Larissam, & quæ deinceps sita est Hellada usq; ad Hellepontum.  
Postmodum Italiæ extrema, Temesen, Siculos, & campum Elysium. Quòd si  
nonnulla quæ inter hæc iacent, omittit, id mirum esse nō debet. Ita enim solet geo-  
graphia. Quòd Anaximander Thaletis discipulus & ciuis, primus geogra-  
phicam tabulam edidit, Hecataeus uero codicem scriptum. Quòd sit impossi-  
bile, absq; cælestium rerum inspectione, geographiam tractare: quando ad longi-  
tudines urbium, solis & lunæ defectuum obseruatione opus est: ad latitudines  
uero, inspiciendæ sunt climatum differentia. Quòd geographia coniuncta  
sit, ex geometria & ex rerum sublimium inspectione. Quòd cælestia, quam



uis loco à terrenis tantum distent, quantum à terra cælum abest, contemplatione tamen inter se iuncta sint. Quòd per eos qui apud Homerū sunt Erembi, Troglodytas Arabas intelligere oporteat, sic dictos quòd *ἄρα* id est terram subeant.

Quòd geographia nō solum ad philosophiam, uerumetiam ad prudentiam, atq; actiones ciuiles & Imperatorias cōducatur magnopere. Quòd tū hoc, *Μορ* res hominum multorum nosse, atq; urbes: tum illud, quod de Hercule fertur, *μεγα-*  
*λων ἐπιίσορα ὄργων*, eam quæ ex geographica historia nascitur, prudentiam significat.

Quòd geographia, tanquam habitabilis totius historia in quanto potius uersatur, ut quæ sit magis finitima mathematica. At chorographia, cum sit loci ciuili-

pram, uelut dum Homerus ait,

*οἷβ' ἕστω γέμοντο καὶ αὐλίδ' αὖ περὶ ἡέσσω.*  
Quicq; colunt Hyriam lapidosamq; Aulida.

Et dum asperam uocat Eteonon, aut Thisben columbis diuitem, aut Arnem uitiferam, in qualitate regionis explicanda sese occupat, uelut an sit campestris regio, an montana, aut profunda, an lignorum, aut metallorum ferax sit. Quòd alius attineat Indiæ chorographus, qui forte Græciam ignoret, alius Ægypto, ignorans Persidis naturam & Bactrianæ. Quòd geometria & astronomia ei sit opus, qui geographiam sit tractaturus. Quòd ex his ipsis hypotheses sint sumenda, uelut quòd sphericus sit mundus. Item terræ superficies quòd sit spherica. Præterea de corporum ad medium inclinatione, & quæcunq; huiusce generis sunt.

Quòd oporteat minime, imperatorem adeo imperitum esse situs terræ, ut in aliquibus locis constitutus ita dicat,

*ὦ φίλοι, οὐ γάρ βι' ἰδμεν ὄπη Ζήφθ', οὐ δ' ὄπη ἡώς.*

O socij, neq; enim scimus tenebræ aut ubi Eous.

Et talia. Neq; tamen de poli elevationibus, aut ortu occasuq; syderum, medijsq; cæli meatibus adeo oportet sollicitum esse, & si quæ hisce sunt similia. Quòd etiam sphericam contemplationem attigisse oporteat eum qui geographiam sit tractaturus, uelut circulos in spherâ parallelos, & rectos, & eiusmodi. Quòd, ut in colosso totius operis fabricam inspicientes, quæ sunt exigua negligimus, ita in geographia situm regionis, & habitudinem ad cælestia totius, exponimus. An uero, aspera sit, aut mari inaccessa sit, & quicquid eiusmodi fuerit, id omittimus.

Quòd neq; ignarus fuerit disciplinarum Erato sthenes, neq; tamē uere sit philosophatus, ac proinde *βῆτα* fuisse appellatum, ut qui secundas partes in disciplinis omnibus auferre posset. Is minime censebat, poëticen primam esse philosophiam appellandam, sed delectationem solum quandam esse perperam affirmabat.

Quòd poëtica fons & initium sermonis ornati existat, & Rhetorices, adhibēs orationi factum coniunctum uenustate. Scilicet pedestrem orationē dicimus eam quæ absq; metro è sublimi in humilem deducta sit locum. Quòd & leges & urbes antiquæ fabulas susceperint, tanquam laruas quasdam aduersus redolentes infantiam, ut Cocytos, Acherontas, Phlegetontas, Stygas, & simpliciter theologiam ueterem uniuersam. Quid sit illud,

*ἴσκειν ἄβιδ' αὖ πολλὰ λέγων ἐτυμοῖσιν ὁμοῖα.*

Pleraq; confert per fragmenta simillima ueris.

Non omnia uidelicet, sed multa & fabulosa, alioqui ueris similia nō essent. Eiusmodi autem fabulæ sunt, dum ueris inuoluuntur, argento ceu si quis circumfuderit aurū.

aurum. ita enim fa  
urbe Æa. Et Sym  
cellentiam præ ali  
lo se transiit. Et  
nos, ad finitimas in  
in Scyllam, & hu  
dam genus est, q  
Homerus id quoc  
Delphinascq; cane  
Balenam possit  
Terq; die reuomit  
Intelligendum  
oportet, aut ignora  
lit ex historia, disp  
go nauū, quoties  
no expressio effica  
& stupor est finis.  
Vlyssis tragice  
Boreas & Zephy  
Recte dictum  
Samothracen  
ortu æstiuo fl  
uerno, Eurus.  
Zephyrus. Ha  
tum appellat, qui  
Zephyrus. C  
nates cogit, cum  
Dissipat ut Zeph  
Cauri austru pulsa  
omotho congreg  
tur Caurus.  
siam, quæ talis  
lanuit enim Ægy  
decem millia anno  
tionem terre Ægy  
Entremos homini  
Quorum alij ad ca  
nis, magnum Indi  
cælum bipertitos e



aurum. ita enim fabulæ habent. Quòd Homerus Circen appellat Æxam ab urbe Æa. Et Symplegadas in mari Byzantio, Planctas. Et Pontū Euxinū per excellentiam præ alijs sic dictum, quod tum maximus æstimaretur, ad oceanum fabulose transtulit. Et Cimmericos, à climate nebuloso, tanquã tenebris obuolutos totos, ad finitimas inferno regiones traduxit. Et fretum Siculū latronibus infestum, in Scyllam, & huius generis permulta. Quod per mare Siculū, piscium quoddam genus est, quos appellant galeotas, & gladios, & canes, e quibus transtulit

Homerus id quod ait,  
*δελφίνας τε κύνες τε ἢ εἰ ποθεν ἄλλο λάβησι* *ἕϊτ'*

Delphinascq, canescq, & si quandoq; adipisci Balenam possit. Quòd illud,

*τρὶς μὲν γὰρ τ' ἀνίστη ἐπ' ἡματι, τρὶς δ' ἀναροίβεται.*

Terq; die reuomit, ter sorbet deinde refluxus.

Intelligendum sit bis tantum fieri non ter. Quapropter aut mutationem causari oportet, aut ignorantiam, aut licentiam poëticam. Quòd poëtica, composita sit ex historia, dispositione, & fabula. Historiæ itaq; finis est ueritas, uelut in catalogo nauium, quoties *πολυπρόηρα*, regionem appellat, aut *πεπρόησαυ*. Dispositionis uero expressio efficaciacq, ueluti cum introducit pugnantem. Fabulæ autem uoluptas & stupor est finis. Quòd fingit is qui Gorgonas introducit, affingit qui errores Vlyssis tragice decantat. Quòd istud

*βορέης καὶ ζέφυρος, τῶτε θρέκην ἀκτῶν*  
 Boreas & Zephyrus qui e Thracia spirant.

Recte dictum sit. Nam sinus Niger Thraciæ, ad austrū uersus, ijs qui Lemnum & Samothracen incolunt, Zephyrum e Thracia flantem exhibet. Quòd qui ab ortu æstiuo flat uentus, Cæcias sit. Qui autem e diametro, Africus. Qui ab ortu hyberno, Eurus. Et qui e diametro, Argæstus. Qui uero ab æquinoctiali Apeliotes & Zephyrus. Hæc Aristoteles. Cæterum Homerus, uiolenter spirantem Zephyrum appellat, quē nos Caurum dicimus. Africum flantem, qui a nobis Fauonius siue Zephyrus. Caurum uero austrum, Leuconothum appellat. hic enim paucas nubes cogit, cum alter Notus, totus quodammodo sit Eurus.

*ὡς δ' ὅποτε ζέφυρος νίφει σφελίξ*  
*ἀργέισο νότοιο βαθεῖν λάλαπι τύπῳ.*

Dissipat ut Zephyrus nubes, grauibusq; procellis Cauri austri pulsant. Nūc enim uiolenter spirantem Zephyrū dicit, qui a Leuconotho congregata solet dissipare, cum sint debilia. Vbi adiectiui loco Notus dicitur Caurus. Quòd Pharum insulam Homerus appellat *πελαγίαν*, id est in alto sitam, quæ talis nunc non est. Quod dictum admiratione profecto dignum est. Innuit enim Ægyptū Nili donum esse, ut etiam Herodotus dicebat. Et cum ante decem millia annorum in medio mari sita fuerit hæc insula, nunc propter exaggerationem terre Ægypto est uicina. Quòd hunc locum,

*ἄθιοπας οἱ διχθὰ δεδακταὶ ἔχουσι ἀνδρῶν*  
*οἱ μὲν δ' υοσομὲνς ἰπερίον οἱ δ' ἀνιόντ'.*

Extremos hominum Æthiopus, bipertitosq; Quorum alij ad casum solis, alij sed ad ortum, Crates quidam ita enarrat, inquit

ens, magnum Indiæ oceanū intra Æthiopus sese medium immittentē, ex ortu in occasum bipertitos efficere. Aristarchus autē, Æthiopiam ait ab ortu in occasum esse



continuum. quapropter alios ipsorum cognosci, extremos scilicet alios qui in medio sint, ignorari, siue oceano ambiatur uniuersa Libya, siue isthmus quispiam inter oceanum Atlanticū & mare rubrum interfit. Caterum, quādo Æthiopes qui in medio sunt, à nobis ignorantur, ob id binas Æthiopias dici, quæ tamen una sit.

Quòd Homerus australes mundi partes, orientales appellat & uersus solem locatas: septentrionales uero, occidentales & uersus noctem iacentes, ut hoc loco,

*αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτῃ ἐν ἑλίκεται  
πρὸς ἑσπέρου. αἰδέτ' αὐδὲθε, πρὸς ἠώτε ἠελίου τε*

Hæc humilis iacet ad tenebras, multum æquora supra.  
Hæc secus auroram spectant, solisq; nitorem.

Nam Ithaca magis uersus boream est sita quàm reliquæ insulæ. Et rursus,

*εἴτ' ἀδὴ δεξιῖ ἰῶσι πρὸς ἠώτ' ἠελίου τε  
εἴτ' ἐπ' ἀριστερὰ θίγει ποτὶ ἑσπέρου ἠερόγυτα.*

Dextera siue adeant, auroram & lumina solis  
Siue petant leuam, tenebrasq; sub aëris illi.

Et rursus,

*ὦ φίλοι, οὐ γάρ κεν ἴδμεν ὄπῃ ἑσπέρου, οὐδ' ὄπῃ ἠώος,  
οὐδ' ὄπῃ ἠελίου φασίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,  
οὐδ' ὄπῃ αἰεταί.*

Melatet ò socij tenebræ locus, aut ubi Eous,  
Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans,  
Aut ubi conscendat.

Quòd Asia ab Africa rectius diuidatur sinu Arabico, qui instar meridiani, ab oceano sese usque ad isthmum porrigit, iuxta Pelusium, longitudine ferme supra stadiorum millia quindecim, latitudine, ubi ea maxima est, non multo maiore quàm mille. Atq; idem terminus utriusq; Æthiopiæ fuerit. At Nilus ipse, minime idoneus est terminus, quādo non parua Asiæ portio, quæ hoc australior est, sic facta diuisione non cōprehenderetur, ut nescias, utrum ea Libyæ an Asiæ sit adscribenda. Quòd prouerbia sint, excessuum excessus significantia, Suberis umbra leuior, Phryge lepore timidior, Ager terram habet Laconica epistola breuiorem. Quòd Pontus olim lacus fuerit. Verum cum multæ maximæq; fluminum aquæ in ipsum sese immitterent, fortasse in gentibus etiã motibus terræ excitis rupta fuit iuxta Byzantium terra, atq; ad hunc modum aqua in Aegeum pelagus ac Myrtoum effusa, duo maria fecit continentia. Spes autem est, eundem Pontum, aliquādo continentem terram fore. Nam & quæ circa Salmidessum sunt loca, & quæ Pectora uocantur, Item iuxta Istrum deserta Scythica, cæno crescant. Sed & Hammonis in Libya templum, olim fuit maritimum. Huius rei signum est, quòd cum stadiorum circiter tria millia distet à mari, tota quæ ad eam ducit uia, harenosa est, & conchis atque ostreorum ossibus plena, & cheramidibus & cancris. Sed & Aegyptus olim mare fuit, & Sicilia quondam contigua erat Italiæ. Mutatio autem apud Hammonem accidit, cum fretum quod prope columnas est erupisset. Quòd enim solum extra columnas esset humilissimum, effusa est quæ Libyam occupabat aqua, & palustris esse cœpit immenso spatio iuxta Pelusium isthmus, atque Atlanticum interno mari continuum esse. Quòd maris fluctuum perennis motus, naturalis illi, ac ueluti ipsius spiratio sit. quo motu freta refluunt, & naufragia cæteraque excrementa eijciuntur,

ἰποπῆ

ἰποπῆ δ' ἄλλοι  
Sordentemq; u  
fluctus è pelage  
in litus euomit.  
inæ incendium  
Pitheculæ. Qu  
dum ex imo em  
Atlantis apud  
Quòd, ut  
bis, Chalcidens  
ter in occasum f  
nomen traxisse  
fluuium, fabula  
ram & Therafi  
tum ac tuaret ar  
tantibus terris c  
maximo quan  
uicina, urbs tot  
desit, priusquã  
Aeg. Arethusa  
terremotu in L  
num ciuitates.  
ἰποπῆ γὰρ τ' ὕδα  
Alter aquas ca  
do sit futurum  
tum accipiens,  
uelut etiam nor  
tanquam insula  
De hoc dicit H  
ἰποπῆ δ' ἄλλοι κε  
Apud Methon  
dine septem sta  
phuris non ac  
ad quinque stadi  
usque uiginti, e  
de, Arna & M  
fuerit. Et Echi  
ris insula iuxta  
dem iactum lo  
Quòd P  
Thules ac Brit  
xandro consili  
amicis, his tan  
tem ac uitium c  
ni & Carthagi  
mè gubernaret



*ἀποπύει δ' ἄλος ἄχνη.*

Sordentemq̄ uomit spumam. Sed & si uenti è terra contra ferantur, nihilominus fluctus è pelago, tanquam motu per electionem citato, agitated, algam permultam in litus euomit. Quòd nihilo magis ab Italia auulsa fuerit Sicilia, quàm ob Aetnae incendium è fundo reiecta. Itidem quæ iuxta Liparam sunt insulæ, atque ipsæ Pithecusæ. Quo fit, ut rationi adeo consentaneum sit, continentes terras totas interdum ex imo emergere, quemadmodum alias in imum demersas euanescere. Id quod Atlantis apud Platonem insula, passa fuisse dicitur, Item Bura in Græcia.

Quòd, ut freta fluxu & refluxu agitentur, non una sit causa. Nam Siculum, bis, Chalcidense, septies, Byzantium, ne semel quidem refluit, sed è Ponto continenter in occasum fluit. Quòd Istria, in sinu intimo Ionij sita, ab Istro flumine nomen traxisse fertur, qui à magno Istro, ut aliqui affirmant, ortum habet. Per hunc fluuium, fabulæ Iasonem è Ponto in Græcū mare educunt. Quòd inter Theram & Therasiam flammæ per dies quatuor è pelago proruperunt, ita ut mare totum aestuaret arderetq̄, sensim exhalans tanquam machinis eductam, in sulam, è fluitantibus terris compositam, ambitu stadiorum duodecim. Quòd terremotu maximo quandoq̄ exorto, Sidonis partes duæ fuerint euersæ, & alia quædam, huic uicina, urbs tota. Et in Eubœa Euripi, fons Arethusa occæcatus fuit, neque istud desijt, priusquàm ingens hiatus in campo Lelanto apertus ignitū flumen euomit.

Atq̄ Arethusæ fontes tum rursus eruperunt. Quòd rursus, regnante Tantalò, terremotu in Lydiâ & Ionia factò, Sipylus mons fuerit submersus, & nonnullæ Ionum ciuitates. In Troia aquæ calidæ desierunt, de quibus scribit Homerus,

*ἢ μὲν γὰρ τ' ὕδατι λιαρῶν ῥεῖ.*

Alter aquas calidas fert. Et è paludibus, lacus facti. Non igitur mirum est, si aliquando sit futurum, ut isthmus Arabiæ qui Casio adiacet disruptus, aut humiliorem situm accipiens, mare Aegyptium cum rubro committat. Præterea autem, Pyreus, uelut etiam nomen indicat, ex aduerso Atticæ quandoq̄ in medio pelago iacebat, tanquam insula. Et Leucas, abscisso isthmo à Lacedæmonijs, insula est effecta. De hoc dicit Homerus,

*ἄκτω ἢ πέρισι κεφαλλίωσι πᾶσιος ὄρω.*

Apud Methonem, in sinu Hermonico, facta euaporatione flammea, mons altitudine septem stadiorum eiectus est, interdum quidè propter calorem & odorem sulphuris non accessibilis, noctu uero odoratus, à longe lucens ac calefaciens, adeo ut ad quinque stadiorum interuallum maris aqua estuaret: turbulenta esset, ad stadia ferè usque uiginti, effractisq̄ petris ad turrium magnitudinè, aggerata. A lacu Copaide, Arna & Media, quæ ab Homero in Catalogo recensentur urbes absorptæ fuerunt. Et Echinades insulæ, Acheloi aggestione in continentè abierunt. Et Asteris insula iuxta Ithacam, cum prius binos portus haberet, nunc ne ad anchoræ quidem iactum locum habet idoneum. Sed & ab Olympo, Ossa fuit auulsa.

Quòd Pytheas Massiliensis, cum uisus sit philisophus esse, in descriptione Thules ac Britanniæ, mendacissimus deprehenditur. Quòd cum nonnulli Alexandro consilium dedissent, ut diuisis hominibus in Græcos ac Barbaros, illis ut amicis, his tanquam hostibus uteretur: Ipse responderit, satius fore, iuxta uirtutem ac uitium diuisionè facere. Nam Indos bellicosos esse: quemadmodum Romani & Carthaginenses, quorum respub. optimatibus uiris administratæ, pulcherrimè gubernarentur. non ita Athenienses.